

Palma (*φοινίξ*) ab huius similitudine, arbor quoque illa nobilissima quam phœnicem uocant Græci: dicta, quod comam in cacumine habeat circumextensam, & ramos in digitorum modum protensos. Non cedit ponderi, sed surgit aduersus pondus. Ideo uictoribus traditur premio, quod non cesserint, sed pertinaces in bello perstiterint. Vide Gellium lib. 3. notitiam Atticarum, capite sexto, Plinius libro 16. capite 42. 1. Et palmae arbor inualida: in diuersam enim curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur, palma e contrario fornicatur. Lilius 4. bel. Pun. 45, In Apulia palmam uiridem arfisse.

Arbusto palmarum diues Idume. Lucan. lib. 3. 44.
Agrestium palmarum multitudo in Sicilia. Cic. 7. Ver. 69.
Abiegnæ palmae. Catul. Argon. epig. 59. 2.
Ardua palma nascitur. Virg. 2. Georg. 14.
Procera & tenera palma. Cic. 1. de Legib. 3.
Viridis palma. Ouid. 2. de Arte, 1.
Umbrosa palma. Iuuen. Satyr. 15. 8.
Palma, Fructus qui palmula dicitur. Plin. lib. 13. cap. 4. 19, Alexandri milites palmis uiridibus strangulati sunt.
Rugosæ palmae. Ouid. 8. Metam. 136.
Palma, Signum uictoriae, & uictoria ipsa. Plutarchus, In certaminibus palmam signum esse placuit uictoriae, quoniam ingenij eiusmodi lignum est, ut urgentibus, opprimentibusque non cedat.
Palma, Causam certaminis aliquando significat, auihore Donato. Terent. in Prolog. Phorm. 18,
 — in medio omnibus
 Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.
Ingens palmae contentio. Quint. lib. 1. cap. 2. 16.
Gloria palmae, uictoriae. Virg. 3. Georg. 21.
Dubia palma. Iuuenal. Satyr. 11. 18.
Lemniscata palma. Vide Lemnisci.
Nobilis palma. Horat. 1. Carm. ode 1. 1.
Stolidæ cupido palmae. Ouid. 6. Metam. 10.
Victrices palmae. Ouid. ad Pisonem, 7.
Palma urbana. Cic. 11. Philip. 297.
Accipere palmam. Vide Accipio.
Adepta palma. Vide Adipiscor.
Apprehendere palmam auidissimè. Vide Apprehendo & Auidus.
Ambire palmam histrionibus. Vide Ambio.
Dare palmam, Victorem fateri. Terent. Heaut. 4. 3. 31,
 Huic equidè consilio palmam do, hic me magnificè effero.
Quasi dicat, Mihi magis probatur consilium istud, siue, Ceteris consilijs istud unum praefero. Cic. 2. de Orat. 126, Admiror te in eo genere tribuisse tantum, & non huius rei quoque palmam, ut ceterarum, Crasso detulisse. Vide Do, das.
Donare aliquem palma. Ouid. 2. de Arte, 1.
Palmam ferre, Victorem esse. Cic. ad Attic. lib. 4. 84. 6, Ne diutius pendeas, palmam tulit.
Habeant hanc palmam ex innocentis cruore. Cic. Antequam iret in exilium, 20.
Parare palmam. Catul. in Carm. nuptiali, 57. 3.
Petere palmam. Liu. 8. bel. Pun. 218.
Relinquere palmam alicui. Virg. 5. Aeneid. 95.
Reseruare palmam alicui. Cic. de Senect. 17.
Ad tertiam palmam. Plin. lib. 14. cap. 6. 4, Ad tertiam palmam uariè uenire, id est, tertiam bonitatem & notam. De uuis. Budeus.
Palmae pluraliter, pro uictorijs. Cic. pro Roscio Amerino, 51, De Capitone post uiderimus: si quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit, tum alias quoque suas pal-

mas cognoscat.

Infantes palmae. Cic. pro Roscio Amer. 61.

Plurimarum palmarum homo. Cic. pro Roscio Amer. 10. hoc est, qui sepius uicit.

Palma, in uite. Varro de re Rust. lib. 1. cap. 31, Eiuclidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest eijcere uitem, quam uocant minorem flagellum, maiorem etiam unde uuae nascantur, palmam. Prior litera una mutata declinata à uenti flatu, similiter flabellum ac flagellum: posterior quo ea uitis immittitur ad uuas pariendas: dicta primò uidetur à pariendo parilema: exin mutatis literis, ut in multis, dici coepta palma. Colum. lib. 3. cap. 17. ad finem, Quicquid residui fuit ex uetere palma, per ipsam commissuram qua nascitur materia noua, refecerunt, atque ita cum suo capitulo sarmentum depressoerunt. Palma, id est, uite, interprete Beroaldo. Idem lib. 4. ca. 15, Sequenti deinde anno infecatur superior pars curuaturæ, usque ad medullam, ne totas uires matris propagatum flagellum in se trahat, & ut paulatim condiscat suis radicibus ali, bima deinde praeciditur proximè palmam quæ ex arcu summissa est.

Palmula, pen. cor. Diminut. (*παρμυλὴ, βάρμυλὴ, ἡλὸν, ποίριον*) Cariole dicuntur, siue dactyli. Varro 1. de re Rust. cap. 67, Nucem iuglandem, & palmulam, & ficum sabinam quæ citius promas, iucundiore utare.

Palmula, Extrema pars remi, in modum palmae protenta. Virgil. 5. Aen. 33,

Quò tantum mihi dexter abis: huc dirige cursum,
 Littus ama, & leuas stringat sine palmula cautes. Seruius. Volare palmulis. Catul. de phaselo, 1.

Palmetum, huius palmeti, pen. prod. (*ποινυμῶν*) Locus palmis consitus, & in quo frequentes sunt palmae. Plin. lib. 6. cap. 28. 19, Numerosissimos esse Homeritas, Mincis fertiles agros palmetis, arbustisque, &c.

pinguia palmeta. Horat. 2. epist. 2. 37.

palmetis consita terra. Plin. lib. 5. cap. 14. 1.

Palmeus, Adiectiuum (*ποινυμῶν*) Quod est ex palma arbore. Colum. lib. 5. cap. 5, M. Columella, &c. agricola Baticæ prouinciae, sub ortu caniculae palmeis tegetibus uineas adumbrabat. Apud Plinium libro 24. cap. 17. 7, Vinum palmecum, capiti noxium.

Palmosus, pen. prod. Adiect. (*ποινυμῶν*) Quod est palmis abundans. Virg. lib. 3. Aen. 142,

Teque datis linquo uentis palmosa Selinis.

Palmata toga (*ποινυμῶν ἡ βερύκη*) à palma in ea intertexta, inquit Budeus, propriè triumphantium fuit, quam mererentur hi, qui de hostibus palmam reportassent. Alij à latitudine clauorum dicta uolunt palmatam, quæ nunc à genere picturæ, picta appellatur. Martial. lib. 7. 1,

Palmatæque duces, sed citò, redde togæ. Lilius 10.

ab Urbe, 29, Quos uos sellis curulibus, toga pretexta, tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali, laureaque honoratis.

Palmaris, & hoc palmare, pen. prod. (*ποινυμῶν*) ut, Palmaris statua, quæ alicui propter uictoriam ponitur. Cic. 6. Philipp. 214. Vide infra in Palmus.

Sententia palmaris. Cic. 1. de Nat. deor. 30.

Palmarius, Adiect. (*ποινυμῶν*) Quod est palma dignum. Terent. Eunuch. 5. 4. 8,

— tum hoc alterum

Id uerò est quod mihi puto palmarium, &c.

Palmarum, palmarij, Salarium uictoriae. Vlpian. in l. 1. §. si cui. ff. de extraordin. cognit. Esi nomine palmarum caulis fuisse tamen, &c.

Palmisifer,